



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia**

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

**Parisiis, 1644**

II. De irruptione in ecclesiam. II. Sax. cap. 5. Iorn. cap. 10.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15625**

*is abundabit.* Recolamus præterea quæ in hoc ipso minaciter scripta sunt libro: *Si decumas dare noluerimus, sola nobis remanente decima, nouem detrahentur partes.* Sermone etiam admonemur diuino terrenis cælestia, & caducis his nostris æterna illa promereret. Quandoquidem igitur auditis quid Dominus iubeat, quidque nos exequi debeamus, ea mihi vos tantummodo comparetis velim, quæ iuste ac legitime parare possitis. Neque enim mihi ad vitæ vsum quidquam iniuste acquiri cupuerim. Etenim cum ea ego vobis lege vestra omnia benigne largitus sim, ut mea mihi vos itidem concedatis prospicitote sedulo, ne quis vetrum, neve eorum aliquis qui vobis paruerit, offenditionem aut diuinam aut nostram concitetis.

*Præpositi singuli singulos alant pauperes.*

*Et seruum liberent.*

Ego Æthelstanus rex clare omnibus qui in ditione nostra sunt præpositis significo, me ex Vlfhelma archiepiscopi aliorumque episcoporum & seruorum Dei consilio, ad expianda peccata mea statuisse, ut præfectorum quisque Anglum vnum (si quidem eiusmodi quis inter eos fuerit) cibo sustentet, si non fuerit, aliunde quæsito ad hunc modum vietum subministret. Ex binis singulis villis meis quoque dantor mense, amphora farinæ vna, porci perna vna, aut quatuor denariis æstimandus aries, atque in singulos annos oportenta corporis. Libertate insuper mulctatum vnum aliquem præstinæ restituunto libertati. Atque hæc omnia pro Dei in nos omnes misericordia, nostraque in eos benevolentia, præsente illius regionis episcopo fiunto. Quin si præpositorum quisquam hoc sciens prætermiserit, triginta mulctator solidis, eaque inter opidi illius, in quo fuerit hoc prætermissum, egentes præsente episcopo multa distribuitor.

## II.

Si quis ipsa triplicis ordalii sententia in fanum irrupisse conuincatur, is, prout in libro habetur judiciali, compensato.

## III.

Sagæ, mulieres barbara factitantes sacrificia, aut pestiferæ, si cui mortem intulerint, neque id inficiari poterint, capitum poena esto. Sin omni se criminis suspicione liberae conantes, ipsa triplicis ordalii sententia in reas referantur, 120. dies in carcerem coniiciuntor: quibus peractis,

120.